concessa sunt: quibus et ora emulorum obturantur: et familia in pace seruat. Sed quorū labores: et calamitas: et iniurias: pro defensione ipsoꝝ priuilegioꝝ passus fit. Qui viderunt testimoniū probare possunt. Quotiescumque eum lacrimantur et angustati insperitus: cui cognosceret quisque malis contra familiā attemp̄ari: pro ipsa tuenda: nō parcebatur vigilare: nō laboribus: nō ieiunis: nō discursibus: nō cuicunque periculo alio: sed se totū quodāmodo euiscerabat: et corpus suū exponebat: ut familia in obseruātiā permaneret: et de bono in melius proficeret. In eius defensione diuina auxilia ei et miracula nō defuerunt. Haꝝ plures ministri ḡnerales: quibꝫ familiā totaliter euertere et eradicare conabantur: diuino iudicio: quādo iam intentiū suū cōsequi sperabāt de medio sublati sunt: quorū aliqui dum se morti proximos cernerēt: stimulata conscientia de persecutione familie nostre facta: culpam dīcere cōpuli sunt. Exierunt aliqui ex nobis sed nō fuerunt ex nobis qui velut ingrati fūi matrē suā obsernantia permere conati sunt. Sed deo ptegēte ipsi cōfusi remanētes: familiae victoriā reportauit. Et quibus vñus frater Iohannes Donzelli vocatus magne reputatiōnis et sciētē dum buliā per patrē p defensione familie impetratā infringere molireb̄: repentina morte cognita tñ prius ut credo culpa sua preuenitus est. Cuius obitū p̄fissimus pater ita lacrimose desleuit quā etiā alios ad plorandum induxit. Nam quātos labores derisiones et molestias pro canonizatiōe sancti Bernardini sociū sui p̄tulerit: prout potero breuitate verboꝝ aperiā. Iter agente ipso sc̄to Bernardo versoꝝ Aquilā: ut ibi euāgelizaret: cui iam ciuitati appropinquaret: ab egritudine flampus inuasus est. Quia maledicente vir ad ciuitatē puenit ubi infra paucos dies: in die sc̄z ascensionis dum in ecclesia cantaret. Pater manifestauit nomē tuū homibꝫ tc. felicē deo reddidit spiritū. Cuius obitū ciuitas audiens: tota cōmota est. Ponit corpus beatū in ecclesia: ad quod visitandi omnis populus cōuenit. Quidā etiā infirmi beato corpori appropinquātes. Illud cū magna deuotione: et fide contigerunt: volens itaq; deus quē in vita toū mundo fecerat clarū: in morte facere clariorē: multis infirmis mērita sancti Bernardi inuocatiibꝫ plenā sanitatē largitus est. Fama igit tam stupendoꝝ miraculoꝝ vbiq; terraz diffusa: etiā ad beatū patrem tūc Vicariū generalē: et in remotis agentē puenit. Qui hoc intelligēs gaudio et meroze repletus est: propter quod a lacrimis: et suspiriis cessare nō poterat. Interrogantibus fratribꝫ cur tam amare fieret: cū t̄ si deus sic es magnificaret: respōdit non propterea fleo: quia scio es in celis esse: sed propter me et familiā q; familiaritate et auxilio tanti viri priuati sumus. Tandem reasumpto spiritu versoꝝ Aquilā: iter festinus arripuit: vbi cū lacrimis visita to sancto pignore. Et deuote pertractato fecit sermonē ad populuꝫ: eis firmissime p̄mittens: quā uisa certū dierū terminū multo maiora

prioribus essent visuri. Expectabat infra terminū ipsum curiosus po-
 pulus mirabilia a p̄e p̄missa cōspicere. Sed deo ita faciēt nullum
 infra tēpus id demonstratū est. Quia de re ampliā pater: spem nō
 bilominus firmā habēs in dīo: q̄ es in tā sc̄o opere nō relinqueret.
 Et ecce in ultima die statuti termini: aperit deus manus misericordie sue
 apparent eius beneficia: t̄ miraculis miracula cumulant̄: que pater
 oculis suis aspiciens: t̄ diligēter corde ruminans: gratū fore deo cre-
 dens: qđ causa canonizationis b̄ti Bernardini pponeretur summo
 p̄uli vicario Christi: cōfortatis Aghlanis: t̄ quasi de ipsa canoniza-
 tione certificatis: cōcito gradu Romā applicuit: t̄ Eugenii papā
 visitauit t̄ ei miracula que meritis beati Bernardini siebat refera-
 uit humiliter ab eo petēs t̄ supplicās: q̄tenus in hac pia causa fau-
 ū beniuoliū impartiri vellet: vt b̄tis Bernardinus catalogo sc̄o nō
 ascriberet. Promisit presal oēm fauōrē se prestaturū: t̄ in hoc diligē-
 ter acturū. Interim etiā scribitur S. sue multiplices lfe ram a rege
 Bragoni q̄ ab Aghlanis in quibus hoc idē quod pater postulabat:
 fit ergo cōmissio tribus cardinalibus: qui duos venerabi. episcopos
 miserunt ad inquirendū an vera essent miracula q̄ dicebant̄. In hoc
 tpe medio moritur Eugenius: t̄ Nicolaus in papā eligit coram quo
 pater canonizationis causam sollicitat: qui p̄decessorem suū imita-
 tus causam hāc tribus Cardinalibus delegavit. Qui similiter duos
 Ep̄os pro miraculoꝝ inquisitione miserūt. Deinde idem Nicolaus
 duos alios episcopos ad huiusmodi inquisitionē delegavit. Postre-
 mo premisis nō contentus vnum alii specialē t̄ conscientiolum epis-
 copum misit: qui omnes vna t̄ cōcordi voce retulerit magnalia dei
 que per seruū suū. S. Bernardini operabatur clementia saluato-
 ris. In his omnibus legationibus beatus pater noster presens exti-
 tit: qui nec ad horam nec momentū quiescebat: sed totum eius studi-
 um: tota vigilantia: totum desiderium in hoc ferebatur: vt canoni-
 satio soch̄ sui ad finem optatu duceretur. Hec putanda est hec cau-
 sa per vnum vel duos annos durasse. sed per se p̄ se annos conti-
 os: in quibus beatus pater nō habuit requiem: sed modo ad curiā
 Romanam: modo ad exquirofū miracula modo ad cardinales: mo-
 do ad episcopos: modo ad alios discurrebat. et quia omni pie cause
 diabolus aut per se aut per sequaces suos infidatur: nō defuerunt
 oblocutores et contradictores qui huic dūctio operi aduersarentur
 quoꝝ aliqui fuerūt prelati ecclie: aliq̄ etiā mali fratres: vt implere
 dictum apostoli: Periculi in falsis fratribus t̄. Et quot repulsas:
 quot exprobatiōes: quot iniurias sustinuit: quot desperauerunt
 fratres: q̄ huiusmodi negotium nō perficeret: sed ipse temp̄ consta-
 tissimus sicut spem habens in deo in sancto Bernardo: q̄ causam
 suam nō relinqueret. vnde sepe dicere consueverat beate Bernardi
te oia prole. Quodam vice dū tot contradictores et impedimentacō-
 spiceret: zelo charitatis t̄ fideli succēsus suffio potissi dixit. accipite

Sollicitatio
 nis compri-
 mione beati
 domini circulata

corpus beati Bernardini et ipm vna mecum in igne p̄ficitur: et si cōbu- Temeritatis
fraterrū
 rimur peccaria meis attribuire: si ait illas seruamus voluntates diui-
 nae intelligite: ad que verba papa et q̄c̄ eo erant nimis admirati vir-
 lachrimas cōtinuerūt. Eodē tpe quoddā solēne m̄rāclū demonstra-
 tū est dum beatus Thomas de Floreūia fī Igicu vir magne sc̄ita-
 tis et abstinentie: q̄d lōgo tpe ab infidelibus in carcere detētus fuerat
 in ciuitate Reatina: q̄ ppe Aquilā sita est: feliciter obliſſet clareret-
 q̄ miraclis adeo q̄ m̄lti infirmi nō valētis apud sepulchrum beati
 Bernardini grām sanitatis obtineret: visitātes ipm beati Thome
 corpus pfecte sanarētur. Tmēs beatus pater noster Joānes ne p̄r
 ipa miracula canonisatio sc̄ti Bernardini impeditur: qz iā in curia
 Romana vox insonuerat: *Ecce oēs frēs de obseruātia voluntacē* Ludibria.
in p̄cipiē
demōnaxz.
*m̄rāclā: accessit ad sepulchru ip̄fius beati ei⁹ cū esset illo tpe via-
 rijs generalis talia verba dicit: beate Thoma dū vñēs semp fūisti
 obediēa nec vñq̄ platoz iūssib⁹ cōtradixisti: in virtute iḡt obedien-
 tie tibi p̄cipio. q̄tinus ab opacitōe miraculorū abstineas: ne canonisa-
 tiōm beati Bernardini impeditas. Q̄ vere stupēdūz et celebre mira-
 cultū: o vocē beati patris admirabilē post ipm pceptū cessauit a mi-
 raculis: nec amplius aliquod signū apud ip̄fius tumulū demonstra-
 tū est. Nō cessauit ergo p̄fissimus pater donec b. Bernardinus in ā.
 no iūbileo qñ erat maior cōcurrus poplī ex oībus m̄fdi regionib⁹ in
 die sc̄tō penthecostes solēnissime canonisat⁹ est. ad laudē et gloriam
 dei: beate virginis: ad honorē et decus ordinis: ad cōsolatiōez bono-
 rū: ad cōfusionez vō malorū et emulorū. Hec omittēdū est q̄ dū papa
 Nicolaus videret in seruo dei tātuz zelis: simplicitatē innocentia et
 feruore dixit ei quis p̄ canonisatiōe vestra laborabit frater Joānes
 cui būmūlū pater rūdit: peccatorum sum et peccatorib⁹ talianō debet
 Episcopi quoq̄ qui mittebat ad examinādū miracula. b. Bernardi
 ni ex diuitia cōuersatione quā habebat cū seruo Christi: cōsideran-
 tes eius honestā cōuersatiōez vitā nō humānā sed diuinā et diuina
 opa que p̄ eū siebat aliquibus dixerat: nos volumus domino nostro
 pape dicere qz cū beato Bernardo canonisēt et frater Joānes.
Obsecratio
Ludibria.
Canonisatio
Bernardini
Cōfusionez
vō malorū et emulorū
Frater zelis
qz cū beato Bernardo canonisēt et frater Joānes.*

De multiplici beato patri facta reuelatione et futuorū reseratione. Ca. viii.

Atque me nullomō posse aut narrare aut describere reuelatio-
 nes singulas beato patri factas: sed sicut superius in recitatiōe
 miraculorū secūdo descripsi ita et nūc hic. xxiiij. reuelationes sibi
 monstratas: diuinitus referre ppono: rogans deuotos lectorēs ut
 ex his eliceret velint quomō sp̄is dei: qui ei futura reuelauit in co-
 de ip̄fius habitabat. C̄ Primam reuelationē habuit adhuc secu- Sommia
 laris existens. Qui dum in carcere detineretur prout supra memo-
 ratum est videbatur sibi quod totus mundus obscuritate maxima
p. 6

premeret. Per figuras autem carceris: quidam radii solares de carcere
 re exentes unde magna populi multitudo ad carcerem veniebat ut
 vel saltus ex ipsis radiis a carcere exentibus lumen videret. Quae vi-
 sio bene completa est: siusque seruissimis sermonibus: angelica vita
 et mirandis opibus mundum iam senescentem peccatis pluribus offus-
 catum quantu[m] potuit illuminavit. Secundam visionem in eiusdem car-
 ceribus habuit que talis fuit. Post octo dies a prima die vigilaret:
 et devote officium beate virginis exolueret: super caput suum: quantu[m]
 potuit leuare manus apparuit quidam in habitu fratris minoris non dubius
 quod hic fuit sanctus Franciscus: qui de ingressu talis filii ad ordinem
 suum plurimum gaudebat. Et de his duabus reuelationibus supra in
 principio legende positum est. Terciam visionem habuit in loco nostro
 extra Iherusalem posito: qui locus dicitur ad montem. In eodem ait loco: domini
 adhuc esset novicius: et quadam vice dormiret: apparuit ei quidam pul-
 cherrima mulier habens candissimum vestimentum: velut nix hyemali
 tenuiter: que habens craterem argenteum in manibus suis. Et leta atque
 iuxta facie appinquit ei: porrexit ei bibere: hec nimis pulcherrima mulier be-
 ata virgo extitit: quam semper maxime venerabatur affectu: de qua cum lege-
 bat aut predicabat: ita ex nimia deuotione in lacrimas resoluebat: quod
 virgine verba poterat perficere. Hoc ergo dubius quod ipsa beatissima virgo
 quamcumque diligebat: sicut de suis verbis creditur beato Bernardo
 scientiam insudisse: ita et huius seruo suo gratiam predicandi et dubia solue-
 da in craterem argenteo ministravit. In oibus necessitatibus ad eam
 recurrebat: et ipsa audire eum non tardabat. Quadam vice domini maxime
 egrotarer: et se omnino moriturum crederet: leuauit mentis oculos ad
 eam deuotione qua potuit: humiliter eam exorans: ut sibi veniam peccatorum
 suorum contritionem: antem mortem: a filio suo impetrare dignaretur. Non
 sit mora et ecce inundatio lacrimarum ex eius oculis fluit: et cum lacri-
 mis cuncta habundantia sanguinis de naribus erupit: quod et vera contri-
 tionem peccatorum et perfectam corporis sanitatem consecutus est. Quartam
 visionem habuit Romae domini enim predicaret in ecclesia scelere crucis: raptus
 est extra semet ipsum per longum temporis spacium: in quo raptu didicit
 obitum Martini pape: v. esse vicinum: vocans eum Martinus ipse. Et
 quid nam in raptu illo babuerit interrogatus domini sibi referare noller. Ti-
 mens ne eum perturbaret tandem ab eo coactus quod viderat cum timore
 narravit. Quod et factum est: Nam in brevi mories visionem non fan-
 tasticam: sed veram sussisse monstrauit. Quintam visionem habuit de ipso
 Martino papa: infra breve enim tempus: ab eo recedens aliqualiter
 egrotante. Cum peruenisset ad quandam locum: non longe positum ab urbe
 vidit fulgor velocissime de celo cadere. In quo legit non videbatur lucem
 sequentis aurore. Quod et factum fuit: nam nocte sequenti obiit ante vel
 circa mediu[m] noctis. Sextam visionem habuit de assumptione Eugenii

*Delpitius
autograp*

*Delpitius
adulatorem*

117

et pape in papam. Quia ipse Eugenius cui abhuc esset episcopus
Senensis magnâ familiaritatē habuit cui viro dei. Ideo est visitabat
sepius: et ut mox sui erat corā oībus pretatis ecclesiasticis se humiliare: quā ab eo recedebat: ei manū osculabat. Semel ergo dū ab eo
licentia peteret: volens ad quendā locum remotū se trāsferre: impulsus a spiritu: ad eius pedes: et eos osculatus est. Super quo
stupefactus episcopus et cur hoc fecisset interrogās: respondit. Nō
credo amplius te videre nisi papā. Martino ergo Martino eligitur
in Papam Senensis episcopus qui vocatus est Eugenius quartus.
Post mortem.
¶ Septimā visionē habuit in monte sancti angeli cui est quādā vice
per aliquibus arduis negotiis ab Eugenio papa mitteret ad regem
Aragonū deuenit ad quendā locū in monte sancti angeli nuncupatiū
vbi post prandium redditis gratiis in choro remanēs caula sua per qua
mittebat fideliter dño cōmenda bat. Et ecce vidit quendā pululam
fratrē: quē terra sursum levare: et celsi ad suscipiēndū eū se inclinare
videbat. Cuius visionis misteriū quā nō intelligo nec alīs declarā
re presumo. Octauā visionē habuit de ipso rege Aragoni: dum Casus.
ipse serenissimus rex vellet insurgere contra Januenses: cōsuluit sup
hoc beatū patrē: in ciuitate Baiete: qui nō semel vel bis sed se penitē
re ei sua sit ne faceret. Quia futurū erat absq; dubio sue personae pī
culū. Qui nō attendēs ad tanti patris presagia volens propositū
suis implere a Januēsibus in mari captus est: et pī triumpho traditus
est Duci Mediolanensi. Quiquidē rex in eundē patrētantā rece
pit deuotionē et dilectionē ut quicq; ab eo peteret statim obtemperaret.
Adulatorem.
¶ Honā habuit de assumptionē Nicolai ad Cardinalatū et papatū
dum eū vocaret magister Thomas et creatus esset episcopus Bononiensis.
visitauit eū vir beatus cui et dixit hodie episcop⁹ Bononiensis.
electus es cōgratulor: sed nō remanebis sic. Cardinalatui appropin
quans: et papatui festinās: ad que verba dū rideret: et credere nollet
dixit pater: Thomas es tu. Haec Thomas durus fuit in credēdo. In
tra duos annos: dū cardinalatū et papatū fuisse cōsequuntur: scrip
tit ei pater. Jam nosti qā Thomas fuisse dū credere nolueristi. De Adulatore.
cīam habuit de morte Eugenij: et electione Nicolai: que talis fuit.
Dicebat beat⁹ pater: officiū in ciuitate Aquilana: cū quodā socio
suo: qā dicebat frater Nicolaus Theutonicus: finito officio: cū iuxta
mox fratri diceret orationē pī papa. s. Deus om̄is fideliss⁹ pastor etc.
Nesciens de morte Eugenij dicebat famulū tuis Eugenii tec. Cui
pater dicas Nicolai. Et ipse credēs qā pater secū iocari veller dixit
subnēdo. Ego nūc ero papa: Post dictas oratiōes solaciando
dixit patri. Si ero papa faciat vos Cardinale. Tunc pater declarā
uit ei qā Eugenius esset mortuus: et Nicolans electus bec'eadem
dixit mane populo in ambone. Cū tamē sit distāria triū vel quatuor
dieta et iter Romā et Aquilā. Cōpertū est ergo: qā eadē die Eugenij
p. 15.

esset mortuus et Nicolaus electus: qui Nicolaus papa cepit mag-
nam fidem et deuotionem ad patrem: et multas gratias ei fecit

*Adulatio
mores
viro* ¶ Undecima habuit in quodam eligendo in episcopum Aquilanum: fuit enim quidam de rota de medio Aquilani dioecesis: qui vocabat dominus amicus: et hic multis familiaris erat patri. Cui semel preditus: quod futurus esset Aquilaneus epus: quod in brevi tempore completum est: prout ho-
dierna die epis. ipse testatur. ¶ Duodecima habuit Rome: de qua-
dam muliere moritura. Cum enim predicaret cum maximo dominum cœcur-
su: aderat in sermone quedam deuota et honesta mulier tertii ordinis

*Qui a
predicatione
inficiuntur.* Gracisci que nimio ardore succesa: et ingenti capta derotide se iter
populi erexit et alta voce ad patrem clamare cepit: ex cunis clamore
populus in admiratione versus est. Famulus autem dei secreta cordis
intelligens et sciens quod in primo super ea futuri esset dicit ei. O mulier
cito domini rediens para te ipsum: quia omnino morieris. Certe mirabi-
lis deus in servis suis: domini reversa: mox ut leto animo seipsum pre-
parauit quieuit in domo. ¶ Tertiadecima habuit Venetum: cum siq-
uidem ibi in quadraginta pascere cum ingenti acceptatione: et post
pascha venturus esset ad Regem Romanorum in partibus Austriae
comorantem: plures sochos in mensa dixit. Hungaria habebit ossa
mea: sicque factum est. Nam ambulans per totam fere Almaniæ Bohe-
miæ Poloniæ et finaliter venies ad Hungariam ibi defunctus est.

*No accept
in curia Co
"Pacis". sed
ut boemos
mittit* ¶ Quartadecima habuit in Roua ciuitate vbi cum pueris et ad regem Romanorum: et in dubio
fuerit positus quo iter suum dirigere deberet. Certificatus fuit cum
impulsu quod iter suum versus Bohemiæ extenderet: quia per ipsum bo-
enus fructus animarum sequiturus esset. Sicque ad Bohemiæ prexit:
et multi relictis erroribus conuersi sunt sicut in superioribus mon-
stratum est. ¶ Quintadecima habuit Murenberge in conuentu
nostro: dum de dicta que fuit celebrata Frankfordie: pro causa si-
dei: reversus fuisse in magno erat dubitationis agone: quoniam pro-
majori gloria dei iturus esset. Super quo: ut moris sui era: diuinum
voluit aurum implorare: unde imunxit sochos ut quilibet eorum tria.
*Pater noster et tecum Ave maria diceret in cruce: et ipse similiter oe-
ravit. Cum ergo se sopori dedisset videbatur ei quod missam celebraret.*

Cumque consecrasset hostiam et eleuasset: minister accepto calice vini
nondum consecratum effundit de calice. Et dum pater instaret ut dare-
tur sibi vimum pro sacrificio: minister porrexit sibi hostiam. Interim
socius suus aperuit hostium et ipse euigilavit dixitque socio: parcat ti-
bi deus quare non misisti me finire missam: hoc somni interpretatus
est ipse pater. Quod licet desideraret bibere calicem martyrum pro fide
Christi. Tamen ipse Christus non per effusionem sanguinis sed ingens
desiderium eum martyrem suum facere decreuerat. Et sic factum est:

P. fabule

quia propter maximos labores quos habuit contra Turcos: mortuus est quidem sed non effudit sanguinem. ¶ Septamdecimam h[ab]et. Quia non habuit eadem die in eodem loco. Dum enim missam deuore celebraret. accepit in tenuis obnixius exoraret ut sibi claruis ostendere dignaret viam per Germaniam. quam ambulare deberet. viuum est sibi in missa quam prius scilicet dicitur Hungaros non habuit. populo predicaret in sermone quod aer vocibus resonaret. In Hungaria. Nam in Hungariam: in Hungariam. Et etiam sibi videbatur quod qui dam eum retardantem ad Hungariam impellerent. quibus visionibus certificatus et rotus exhilaratus dixit sochis: nam iter nostrum est versus Hungariam. Veniens igitur ad Hungariam mirabilia ac admiratione dignissima per diuinam gratiam in paucis diebus operatus est. et postea queuit in pace martyris desiderio prout infra loco suo dicetur. ¶ Decimam septimam habuit in noua ciuitate ubi dicitur Confessio apud imperatorem Fredericum constitutus esset: et ibi etiam esset quida in legatus apostolicus dominus scilicet Papie. dixit pater eiusdem legato: certifico vos quod papa Nicolaus est mortuus. infra breve ergo tempus venerunt nuncii qui retulerunt illo tempore papam Nicolau[m] esse mortuum quo pater eum defunctum asseruerat: unde miratus episcopus dicebat: iam volo credere fratrem Joannem habere spiritum prophetie. ¶ Decimam octauam habuit simul et decimam nonam in Hungaria in alba regali in qualibet reges Hungarie coronari: de quibus duabus visionibus ipse scripsit domino Domini do Cardinali Firmano: Summo penitentiariori pape et protectori ordinis nostri verba sua ad literam: quae ita sunt. Deterrebat aliquantulum mens ambigua: si scriberem an filarem: vicit tandem zelus antique confidentie: quam secure gesu in U.R.D. potius exprimeret quam supprimere quod vidissimum in festo Bartholomei: in anno presenti in Alba regali predicas multis milibus christicolis: interprete: quod edixeram declarante de propinquis periculis fidei christiane. Vidi quatuor finium inuicem decertantia: quorum primum ab oriente. Secundum ab occidente. Tertium a meridie. Quartum vero a septentrione: et quolibet nitebatur in mari magno cum impietu fluere et resuera. In resueta autem quolibet violenter agebat: ut aquam totius pelagi traheret secum: vicit postremo occiduum. Quid hec vellent attendite. Quis d[icit] spiritus indicet propulsata. ¶ Sequitur decimanona. In festo sacrae stigmatum seraphici patris Francisci nostri incliti patriarche: cum interpres exponeret quod a me prius audierat de impressione signaculo. Iesu christi: qui dicit serulus tuus in celo prelium magnum: inter solem et lunam et stellas. Luna et stelle contra Solem iruientes victoriam deferebant. Stupefactus et admirans. Quid hec vellent ignorans audiui. Sol a Luna superatus est. Iudicia dei abyssus multas.

*De lauro
oculim
distordia*

tanch' atrocitus deplorabā : q̄ nō esset Astrologus hec discernens
Iteris vox intonuit spiritualis. Incomprehēsibilia sunt iudicia dei:
ab his abissus abissum inuocat : itēx deplorabā t̄ conclusionē hanc pcepit
~~magis seruit minori: t̄ finis properat: hec illius: cuius est cōdere: est~~
~~enodare.~~

Ex auctoritate

Ciceronē habuit in Hungaria: Nam cū esset apud epū
copū roaciēn. Tria de proximo iminere misō p̄orū videlicet māxi-
mā humani sanguinis effusione: marinoz edificior̄ subuersionem:
precipuōz virorum defunctionē. Primum cōpletum est in Turcoz occi-
sione: secundū in ciuitatū oppidoz t̄ terra z multarum euerſione in
regno Cecilie t̄ alibi: tertū in magnoz virorum interitione: sicut fuit
governator Hungarie rex Ladislauz t̄ ceteri. Cīcēsimā primam
habuit: etiā in Hungaria in oppido quod dicit Zalonkemē. Cū via
esset ad succurrentū castro Mandoralem̄ quod a Turcis in proxi-
mo obſtendū erat: duceretq; ſecū paucos cruce signatos valde le-
tus: t̄ subtristis redēbat p̄e paucitatē cruce signatoz. Celebratē
ergo eo quodā mane viſum est ei: q̄ quedā sagitta celitus emissa in
momēto super altare appareret: in qua litteris aureis scripti erat.
He timeas Iohannes: led ſecurus deſcende: t̄ cōſtant̄ eſto. Quia in
virtute crucis victoriā de Turcis reportabis. Et qua exhibaratus
pater cruce oſia ſua inſigniuit: t̄ victoriā de Turcis reportauit. Cī
cēſimā ſecondā habuit de obitu ſuō. Eodē eſi anno quo moriuit
eſt ſcriptit. V. P. fratri Gabrieļi de verona Uicario prouintie Au-
ſtriae: t̄ cuiā fratri Italico q̄ ſi eſi viuſi videre volebāt: ad eum qui
tūc Bude prediſtabat deſcenderet. Qui oſi deſcendere diſerrēt per
duas alias literas eos vocauit eadē verba ut p̄ū replicādo. Inſu-
per t̄ litteris per nunciū addidit ſimilia verba eis nunciādo. Deſcen-
dētibus itaq; ipſis t̄ a beato patre: cū magna caritate receptis inſra-
breue t̄ epus feliciter migrauit ad dominū. Cīcēſimā tertia ha-
bit in aliq̄ibus generalibus ordinis q̄bus inſiciuit in breui moriuros
ſi fratres de obſeruātia perfequi tentaret. Cuius verba nō aduertē-
tes: t̄ in obſeruātēs atrociter ſeuientes: inſra t̄ epis breue: de me-
dio ſublati ſunt: t̄ p̄cipue frater Jacobus de Dōzamca: cui cum
humiliter t̄ benigne ſcripſiſſet: ne fratribus obſeruantie grauamen-
inferret. Veriſit ipſe in p̄iudiciū ſuū beati patris monitionē: t̄ ſuper-
oēs moleſtior obſeruātib⁹ extitit ſed inſra paucos dies cū eſſet ac-
ceptiſimus oſibus: t̄ crederet obſeruantū iam deſtruiriſſe repētina
morte p̄uentus eſt obſeruātia in ſuo ſtatu remanēt. Cīcēſimā q̄v-
tam habuit de reductiōe obſeruantie ad pristiñū ſtatum t̄ de cōfir-
matione bullaz Eugenij. Dum eſi t̄ epore predicti fratris Jacobi
miniftri generalis familiā obſeruantū multas pateret cōcūſiōes:
t̄ bullaz q̄a ei dederat papa Eugenij fuſiſſet imitata: Fleuit pius
pater: t̄ a lacrimis ceſſare non potuit: Landē ad ſe reuerſiſt t̄ in ſpi-
ritu consolatus dixit familiā obſeruantie nūq; in pace eſit. Donec
bulla

Despectatio

Despectatio

Causa

bulla Eugenij iterū confirmet: et in breui deo cōcedente iterū cōfir-
mabit. **D**ortuo ergo Calixto papa in breui qui bullā ipsam īmu-
tauerat. **E**lectus est papa **P**ius secundus qui bullā Eugenij confir-
mavit: et familiā obseruantū in statu pristinū reduxit.

De beati patris sciētie irradiatione et

multiplici disputatione et plurium opusculoꝝ cōpositione. Cap. ix.

In beati patris enarratis miraculis: et post dīnias reuelatiōes
sibi factas: quāte sciētie p̄spicuitate riguerit: q̄ multiplices di-
putatiōes pro defensione veritatis fecerit: q̄ preclara opera ad
utilem fideliū ediderit: enarrandū est. Cum adhuc secularis esset:
studēs in vniuersitate Perusina adeo in vtriusq; iuria canōci et ci-
uilis facultate p̄fecit ut oībus mirabilis habebat. **N**ō dēdignabat
doctores: et alij vniuersitatis studētes cōfilia et sententiās eius sequi.
Seculares quoq; dīmissis doctoribus in eoꝝ causis pro cōfilio ad
eum recurrebāt. Ipsiū responsa ita vera: et firma putātes: ac si a q̄
uis iurisconsulto edit a fuisse. In tīffī enī eius scientie fuerat opimo
diuulgata: p̄ etiā in anno nouiciatus ipsum: fratres abscondere nō
poterāt. Quin ad importunas multoꝝ seculariū preces: iuberet eū
cōfilia que requirebat illis se penumero cōmunicare: sicut etiā supī
declaratū est. At poltī in ordine professus est: spacioſum et amenissi-
mū sacre scripture cāpum ingressus est: in quo tā continue: viriliter et
sollicite laborauit: p̄ infra breue tēpus multoꝝ spiritu sancto vir-
ture prestante p̄fecit: q̄ prius in iure p̄ficerat: in Biblia siquidē ita
certus et exptus erat: q̄ nūl celabat in ea: quin sibi manifestū esset.
Dagistrū etiā sententiaz: et offīes doctores sacre scripture diligē-
tissimo studio percurrit: nihilq; quod eius noticiā effingeret per eos
dicebat. Exinde in toto orbe celeber habebat: de diversis partibus
ad eū pro cōfilio confluebat: nullus eo melius: nullus clarius dubia
soluebat: nullus luculentius casus conscientie declarabat: nullus
efficacius scrupulos de mēte extirpabat: nunq̄ etiā de eo compertū
est: q̄ aut propter timorē: aut amořē: aut aliam quācumq; causam
veritatē suppresserit: siue tacuerit: loquēs enī magnis et parvulis re-
ritatis: acutis eque seriebat. Siue enī loqueret platis ecclēsie: siue
regibus: siue principib⁹: siue dīnitib⁹: siue pauperib⁹: omībus
veritatē aperiebat. Nulla adulatio: nulla simulatio: nulla ypcrisis
in verbis suis: aut in gestib⁹ deprehēdi poterat. Vidimus enī ali-
quociēs: cū tanto feruore: et caritate: rīcia aliquoꝝ magnorū yroꝝ
deprehendere: q̄ enī ad fletū eos, piocabat. **N**ō solum igit sanctis
operibus: et angelica vita munitus: sed et diuinariū scripture et scien-
tia p̄fectissime imbutus eructabat eloquia deo et angelis: sapiētib⁹
et inspiētib⁹ acceptissima. **A**tricesimo quippe anno: quo religionē
ingressus est: post professionē suā: ysc⁹ ad septuagesimū primū: quo

spiritum deo reddidit quasi quotidie nisi fuisset aut arduis negotiis
 aut infirmitate preuentus: sermonem populo faciebat: imo quandoq;
 febricitans non propterea a predicando cessabat. Sermones autem
 suos ita equa lance librabat: et tali studio ad limam rationis dedu-
 cebat: quod licet in diversis mundi partibus predicatorum: puta in tota
 Italia: in Francia: in Almania diversorum regnorum et ducatum et
 et in multis universitatibus eorum episcopis: coem doctoribus: nonque
 tamen in aliquo profecto aut in aliqua falsa quotazione errasse probatus
 est. quia nimis in allegatiis sacre scripture et iuris habundabat
 fuerit aliqui viri doctissimi: qui in admiratis inducti singulas q-
 uotatides conscripserunt: et verbi bene allegassent diligenter conspererunt:
 sed nullus eum errasse quisque in veritate deprehendit. Cum tanta facie
 iuiciditate et spissis alacritate verbum dei proponebat: non solum intel-
 ligentes verba sua: sed etiam non intelligentes vultum suum tanquam vultus
 angeli conspicientes: nuncque in eius sermone tedium afficiebantur. Ple-
 risque dum predicaret in Almania Bohemiaque Poloniae et Hungarie
 regnis et Illiterati et rustici: qui latum non sciebant: similiter et mulie-
 res donec ipse loquebatur a sermone non recedebant: sed frequenter post-
 quod interpres quod dixerat populis exponebat statim viduisse populi p-
 magna parte ad propria redere: ac remeare: quod si maiorem devotionem in
 solo viatu et gratioso aspectu patris quam in verbis cuiuscumque interpres
 habebet. Si quis mir vel pluuiam de celo cudebat non propter ea seruens
 populus recedebat sed usque ad finem verborum suorum persevera-
 bat. Quasi in omnibus principalibus ciuitatibus ad quas declina-
 bat invitabatur ab episcopis et a clero ut sermonem eis conuenienter face-
 ret. ipse vero exclusis secularibus: quod nescire debet laici qui sunt cleri
 et vita religiosis et clericis de eorum statu predicabat. et maxime de ho-
 nestate seruanda et auaricia fugienda: et ceteris virtutibus obseruan-
 dis et vicibus fugiendis: et cum tanta verborum grauitate ac humilitate
 nec non seruore spissis: quod licet vnuquemque iuxta eorum statum argueret: et
 nullius vicia quantumque magni palparet: suscipiebat tamen omnes tam pa-
 lati quam subditit: et senes quam iuvenes tam docti quam indocti verba eius tam
 benigno et grato alio: ac si non ab homine sed ab angelo plena fuissent.
 Extra vero illos sermones: nuncque cum populo predicabat aliquid: quod in
 scandali clerici vertere posset narrabat. In ambonibus quibus predi-
 cabat inter se fugebant casus intricati: proponebant questiones quo-
 dammodo indissolubiles: quae omnes mortales ipsa dilatatione soluebant: ita
 ut mirabilis sua scientia oibus videbatur. Multoties insuper pro defensi-
 one veritatis publice disputauit: et finaliter de aduersariis victoria
 reportabat. Cum semel in primitia scientia angelii in terra sua huius quedam misteria
 concubinaria: quod in loco sacro sepeliri non debebat et per ignorantiam quo-
 runda in cimiterio sepulta esset: et patrum inde trahenti hoc nunciatis
 esset iudicium eam debere exhumari et in loco proprio sepeliri. Cui sententia

passe illi

Exponatio

*Era mortuorum
gallicorum
partem*

tla:q̄ molesta plurib⁹ erat: qui prius forte eam in cimiterio sepe
 hendiā censuerunt. Disputatio publica ordinata est: in qua pater do-
 ctissimus ita causam veritatis deduxit ut oibus p̄ficiis et tacētib⁹
 uno capitib⁹ demissis ipudicata mulier exhumata in camp⁹ ut bestia
 plecta est. Aliā in ciuitate Aquile extra locū sacratū sepultā iniuste:
 per vniuersalē et publicā disputationē licet in ipsa ciuitate sit maxima
 copia viroꝝ doctorꝝ; prudētissimus pater fecit exhumari et in loco fa-
 cro sepeliri in ecclēsia sc̄z sancti Blasii eiusdē ciuitatis. Nemo ergo
 vñq; nisi iniutus cū eo disputabat. Vigebat nāq; in eo mirabilis sci-
 entia sale discretiōis condita. Inerat etiā sibi sapientia et naturalis
 intellectus: cū diuine gratie infusioꝝ ppter que ne ingratitudis apō
 deū reus esset: erat vbiq; veritatis amator et defensor: et zelator bo-
 noris dñi: necdō cōseruator famē proximoꝝ. Cum effi tēpore Bar-
 tini quinti frater Bernardinus de Senis tūc quidā predictor̄ fer-
 uentissimus: sicut Christi cōfessor preclarus in vrbe predicaret;
 essentq; sibi ab emulis inuidia moris aliqui articuli impositi: qui vt
 ipsi asserebāt heresim sapiebāt. Statuta est dies publice disputationis
 super eisdem. Interea quidā Romani dictos articulos: ad patrē
 fratrē Iohannē de Capistrano qui tūc tēporis reate predicabat: mi-
 serit munciātes eidem diem disputationis statutā. Quorū articuloꝝ
 principaliꝝ erat. Qd̄ frater Bernardinus yodolatra esset ex eo: q; no-
 men Iesu in tabula depictū portaret: et a populo publice faceret a-
 dorari. Quod vt ad aures patris deuenit vidēs in iuriā christiani no-
 minis et maliciā emulo: si: vilipendiuꝝ predictor̄: ac succurrere
 volens desiderio deuotorū ordinis nostri. licet ipse Bernardinus di-
 uina gratia plenus ac sciētia doctus cōsiderer se defensurū articulos
 false sibi impositos: illico tamē zelo sui magistri fratris Bernardi-
 ni: cuius p multos dies discipulus et socias fuit: accensus fecit fieri
 pulchra tabulā in qua nomē Iesu ornatissime fecit depingi parauit
 q; basta sine lanceā et assūptis sociis omissa p̄dicatiōe Romā aduo-
 lauit. Cuius statuto die disputationis pater remisit ad portam ciuita-
 tis: et tabula sic ornata nomina Iesu in basta ligauit: sicut ligata in
 basta levauit in altis cōcurrentibus ciuib⁹ multis: sicutq; diuina gra-
 tia fuit: et nomine Iesu armatus per publicā et maiore viā ciuita-
 tis cū tali repullo ad scalas pallacij. S. Perri usq; puenit sociis lau-
 des decantibus: ex quo admiratus est papa: stupuerū cardinali-
 es: et tota ciuitas cōmota est: differit in crastinū disputatione: cōvene-
 rit emuli: congregant̄ ciues: plati aduocant̄: ordinatur circulus: re-
 citant̄ articuli: sicut argumēta ac patrī datur respondendi loc⁹: oēs
 ad eis oculos vertit: qui oēs elegatissime cōsulauit errores ac defen-
 sauit articulos. nec in tāta vrbe iniuetus est q; sciētis et cōclusiōib⁹
 doctissimi viri Doiceret: erubescit emuli vītare lucēte. Dies tunc vītis
 s. Iōannis sapientiā: o p̄uōtiaꝝ zelatiſſiaꝝ: o charitatiſſiaꝝ feruentis

Etinde p̄cipitur processio veneranda: ad honorē noīs Ihesu qđ etiā
 in tabula depictū pro verillo portabat: ex tunc in ipsum nomē in tri-
 fioeliū deuotio aucta est; ut in ecclesijs: in plateis supra portas & ho-
 stia domoz honorifice vbiq̄ depingantur & venerantur. Non mirū ergo: si
 beatus pater iūi magistrū fratrē Bernardinū tanta diligētia ad-
 iūiuit: per cuius grauissimos labores p̄cedētibus miraculis etiā ad
 canonizationē promouētus erat. Plures alios fratres q̄ ab emulis
 verabant: sapientissimus pater defensauit: & per euīdētia documēta
 contradictores plus velle sapere: q̄s oportet demonstravit: & maxime
 in ciuitate Mediolanē in qua vigeat copia peritoꝝ: in omni scientia.
 Num quidā maluoli sermonibus. B. P. Alberti de sarciano cōtra
 dicerēt supueniens egregius pater: ita clare latrātia ora cōclusit: q̄
 nullus amplius cōtradictor apparuit. In ciuitate viennē, dū p̄di-
 casset consiliū Basiliense p̄sumptuose egisse eo q̄ felicē antipa pā vi-
 uente Eugenio vero pontifice eligere p̄sumpserit. Quidā vniuersita-
 tis principaliores doctores: hoc moleste ferentes: contra hoc publice
 disputare minabantur. Quod dū veritate patri nunciatur esset: iterū
 quod dixerat replicauit: & a deo rationibꝫ: & autoritatibus verba
 sua firmauit: Quot licet doctores predictos ad disputando invita-
 re: nullus tñ qui contrariū assenseret: ausus est in publici appare-
 re. In partibꝫ Burgundie dū cōmularius sumi p̄fulis Eugenii esset
 inimicetus illius punitio insolēter viuēs verbis & monitionibus patris
 acquiescere volēs credebat per suā scientiam & argumēta sophistica
 manus patris fugere: & errores suos defensare. Vocatus ergo
 per patrē cū magna comitū fratrū: & alioꝝ arma ferentū comiti-
 ua credens et hoc patrē debere terreretur: venit. Sed intrepidus pater
 scientiā: & arma ministri pupendēs eū errare cōuicit: & sic a ministe-
 riū auctoritate sumi p̄fulis depositū dicit vero zelosissimus pater
 quotidianē p̄dicaret: & sicut superius declaratū est: pro cōmuni bono
 hincinde discurrendo laboraret: nūbil tamē se fecisse reputās: multos
 tractatus: ad utilitatem multoꝝ cōpositū. Nam quendā pulchru tra-
 tatum de penis inferni & purgatorij cōposuit. Similiter plures trac-
 tatus de casibꝫ consciētiae: tractatus de penitētis iniungendis
 de interrogatoriis in cōfessione fiendis: tractatus de restitu-
 onibus: & cōtractibus: pulchru tractatū de excōmunicationibꝫ fe-
 cit libri de auctoritate ecclie subtile: quē & summo p̄tifici presenta-
 uit: scriptis de matrimōnij longū & utilissimū tractatū: cōpositū pul-
 chru tractatū cōtra heresēs buscitā. Multas lōgas & egregias
 ep̄las cōtra hereticos & maxime cōtra buscas edidit. Composuit
 quendā deuotissimū & copiolū tractatum de regimētū clericorū:
 quē intulauit speculū clericorū. Sermones sine numero quos pre-
 dicauit populis. Fecit multa alia vigilati studio & diligentia: curā
 que longi foret enumerare. Sunt aut̄ predicta opera: hincinde per

Opuscula
 capistrani
 pro scōbris

mundo a multis rescriptis: et in pluribus librarib[us] honorifice collata. Cogitatis siquid[em] amator dei oportere singulos de dispensatione temporis strictissimam reddere rationem: tanta dispensatio[ne] tēpus disponentebat: ut nec minima eius particulā absq[ue] fructu preteriret. Et ideo predicando: orando: legendo: laborando: et tractatus supradictos componiendo in agro domini vigilans sume insudabat.

De beati patris ad Alemaniā missio[n]e

et prouincie Austriae inc[on]ceptione et mirandorum operatione. Cap. x.

Post felicem: et deo gratissimam S. Bernardini canonizationem in anno iubileo per papam Nicolaum celebratam. Cum B. pater Vicariatus generalis officio fungeret: ad partes Lombardie: et Marchie Teruisane se trāsterrens: in oībus ciuitatibus quas visitabat: inaudita et stupēfissa miracula ex diuina largitate tu meritis S. Bernardinū: et tū ipsius beati patris sanctitate monstrabantur. Q. iorū rumor: et nouitas per oīes sermonis sui regiones cū omni admiringatione dicitur est. **C**orum certitudinem autem serenissimus imperator Fredericus tunc rex Romanorum: missō dno Enea Genesio episcopo nūc papa Pio: ad Nicolaū papā quintū magnis rogatibus postulauit: ut vir dei ad eius presentia mitteret. **C** Scripsit ergo sumius pontifex beato patri ut celebrato festo Pasche versus partes Alemaniæ iter s. iū ad presentiam regis Romanorum dirigeret. Igitur anno dñi. 1451, post festū Pasche recessit a ciuitate Veneciarum in qua per Quadragesimā precedentē predicanerat: cū patratione multorum prod. giō. Ante h[oc] vero de Italia recederet. xiiij. fratres itineris sui socios Christi imitatus elegit scilicet venerabile patrem fratrem Ba[b]ielē de verona: fratrem Hieronymū de Mediolano: fratrem Nicolaū de Farra. H[oc] tres fuerunt postmodū Vicarii priuinciarum effecti: fratrem Petru[m] de Sopronio: fratrem Bernardū de Mutina: fratrem Valentiniū de Luscia: fratrem Christoforus de Clarisio sacerdotes: fratrem Bernardsu[m] de Neapoli: fratrem Paulu[m] de Ferraria: fratrem Iohannem de Camplo: fratrem Michaelē de Prussia: et fratrem Iohannem de Austria laicos: ex quibus duo s. frater Valentinus et Christoforus insinuitate priuenti: in Italia remanserunt: sed frater Christoforus nō multo post adepta sanitate pristina sequutus est patrem: quem in Znaima predicatorē inuenit. Verū quia mirabilia Venecijs et in alijs ciuitatibus Italie perpetrata a q[uod] pluribus diligenteri stilo et sermone cōscripta sunt. Ego breuiori modo quo potero: et summarie gesta per patrem: a recessu a Venecijs: usq[ue] ad ingressum in Hungariā solū principaliores ciuitates: et nō nomina singulorū oppidorum et villarū recitare curabo: breuitatis gratia. **C** In nomine igit[em] domini nostri Ihesu Christi in cuius virtute fuit signa et prodigia: et qui facie mirabilia magna solus ingrediamur pelagus. Primo in ciuitate q. iii)

i2 Apti
Capissim
patribulares

Capriolis die. 27. Aprilis. 1451. Quidam mutus a nativitate annois
20. pariter et surous et alter destitutus: cum croculis serpēs: fuerit
sanati. In portu gruario die vltima Aprilis unus cōtractus: unus
paraliticus: una clauda: cui elongata fuit tibia per medium palmā:
curati sunt. ¶ In castello s. Eliti die prima Dñi quēdā contracta
a nativitate tres claudi et duo muti et surdi a nativitate frēs: fuerit
sanati. ¶ In ciuitate Utinē die. 4. Dñi quatuor cōtracti mēbris
vnā immobilis: unus mutus per duos annos: et una trahens post se
pedem sanantur. ¶ Ibidē quarta die Dñi quatuor claudi sine su-
stentaculis nō valētes ambulare. Duo muti a nativitate: duo gut-
tosi: et una habens faciem versam immobilē: ac etiā os tortum: sana-
ti sunt. ¶ Ibidē. 7. die Dñi quinq; nō valentes sine croculis am-
bulare: una habēs pedes retractos: tres cōtracti mēbris: et quasi im-
mobiles: portati in grabatis duo: tertius vero in cat bedra: unus
cecus ab uno oculo: una surda et muta a nativitate liberati sunt.
¶ In ciuitate Iustrie Forūlī. 10. Dñi unus per annis immobilis
tres claudi sustētati croculis et baculis: unus habēs brachii immo-
bile: et unus surdus per annos plurimos: optime fuerunt sanati.
¶ In terra Glemonē. 11. Dñi quēdā surda per 12. annos in via ad
Glemonā sanatur. ¶ Ibidē die. 12. in clauſtro minorum duo surdi et
muri a nativitate etatis virilis. 36. podagrosi nō valētes sine bacu-
lis ire: unus vir splendorē habens ab uno oculo: et unus assideratus
et cruribus immobilis sanantur. Eodem die post prandium sex non
valentes sine baculis ire ex podagra: et alijs languoribus: unius mu-
tus et surdus a nativitate: unus caput nec brachii potens extendere
una ceca ab uno oculo: una habens manū attractam liberati sunt.
¶ Ibidē. 13. Dñi tres claudi et podagrosi: septem surdi: una non
valens loqui negat: ibulare sine baculo: unus duodecim annorum a
nativitate vir splendorē videns mirabiliter fuerunt sanati. ¶ In
villa Pūtaſil die. 17. Dñi unus mutus et surdus a nativitate: una
penitus ceca nihil videns et una clauda relicto baculo sanantur.
In via quoq; in Canali multi sanati sunt: sed pre turba et multitudi-
ne que vndiq; cōfuebat et etiam propter festinantiū itineris scripti
non fuerunt. ¶ In Villiaco. 18. Dñi in vigilia sancti Bernardini
in eadem ciuitate exortus morbus iauditus paucis diebus multos
vtriusq; sexus extingit. Nam comedendo: bibendo: coquendo sive alia
faciendo subito cordis dolore coreprisi: omnibusq; membris desti-
tuti moribundi ad terram rubeant immobiles. Et sic per aliquot ho-
ras sive dies iuxta robur complexionis dolorose animas emittebant.
Quorū plures in grabatis et super cathedras semianimes adducti
domum reuersti sunt cum gadio: et qnibus. 14. inter mares et feminas
pro mortuis in morbo delati propriis pedibus acceptis crucis sig-
no et de surgendo patris precepto. Dumissis grabatis et cathedris:

Forūl

Glemonē

Pūtaſil

Villiaco

que adhuc in testimonii pendet in ecclesia Abinorum etiam certe-
tes sunt reuersi: cum omnium astantium in credibili fletu et stupore.

¶ Item duo ceci unus surdus: unus podagrosus: unus attractus:
in manibus. alius attractus in manibus et pedibus: duo habentes
sedes immobiles in modum crucis transuersos: optime fuerunt liberati.

¶ Ibidem. 20. Odai in festo sancti Bernardini Gicarius ecclesie
inutilis effectus ad celebrandis ex gutta: fuit optime sanatus. Quo
visu miraculo tanta fuit turbari oppressio ut vir pater sanus cum
sochis euaserit. Et ideo alia facta scribitur non potuerunt.

In Stro-
burga apud episcopum Burcei. 23. Odai duo ceci: unus surdus: duo
vel tres membris destituti ex morbo pronotato: una consumpta viribus
ex ductu sanguinis: duo claudi: tres attracti et assiderati: v-
na renum dolore quasi deficiens die nocturno permaxime grauata sa-
mi abierunt. Apud inter medias ciuitates et villas puta in Frisaco
in Judenburgha fuerunt multa signa: sed propter itineris velocitatem
notari non potuerunt: usque ad penultimam diem Odai quo pater Ro-
niam ciuitatem applicuit: gloriouse et honorifice a serenissimo Roma-
norum Rege Frederico suscepimus.

In noua ciuitate ab ultimo die Odai usque ad septem Junij septem
ceci: quorum unus a nativitate: sedecim surdi: decem et octo claudi:

unus mutus et surdus a nativitate: septem attracti: alii in pedibus:
aliqui in manibus: alii in utrisky: quatuor officibus viribus destituti: et
omnino immobiles cum alijs multis abierunt sani. In vienna in-
ciuta ciuitate die. 9. Junij tres ceci: quinq; surdi: quatuor paralitici
non valentes ire: una omnino immobilis: una muta et surda per virgin-
ti annos curati sunt. ¶ Ibidem. 10. Junij quatuor attracti: alii in pedi-
bus: alii in manib; sex claudi quorum tibiae tribus mirabiliter fuerunt
elongatae: duo surdi et muti a nativitate: unus cecus: unus surdus: quinq;
offibus membris destituti et omnino immobiles sani abierunt. ¶ Ibidem
. 11. Junij tres claudi: unus podagrosus: unus surdus et unus cecus
ab uno oculo sani facti sunt. ¶ Ibidem. 12. Junij tres surdi una oino
immobilis: unus attractus in manibus et una propter dolorem cor-
poris destituta sanantur. ¶ Ibidem die tertiadecima in die Penthe-
costes. cum aduenissent circa quatuor milia infirmorum nec quicquam
memoria dignum actum fuisse. Contristatis quasi ex hoc fratrib;
pater in seniore spiritus dixit. Odoice fidei quare dubitastis: ecce
secure volo a canibus comediri: si ergo non videbitis miracula et glo-
ria dei. ¶ Ibidem die decimaquarta Junij quatuor ceci quo-
rum unus a nativitate: una surda: et unus membris destitutus: sex
claudi quorum una elongata est tibia permaxime: duo attracti:
quinq; portati per se omnino immobiles: una yropica: optime li-
berati sunt. ¶ Ibidem die decimaquinta Junij una ceca penitus
duo membris destituti: sex claudi quorum unus ferulas reliquit:

